



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Commirii E Societate Jesu Carminum Libri Tres

Commire, Jean

Lutetiæ Parisiorum, 1678

Ad Ill. V. Claudium Pellot Senatus Rothomagensis Principem. Symbolum.
Sol in libra. Lemma. Omnibus ex aequo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14818

AD ILL. V. CLAUDIUM PELLOT
 SENATUS ROTHOMAGENSIS PRINCIPEM,
 SYMBOLUM.

Sol in libra.

LEMMA.

Omnibus ex æquo.

CUM subit ætheræ sidus spectabile libræ,
 Et cœli medio Phœbus in orbe feder:
 Omnibus ex æquo lūces dispensat & umbras,
 Temperat & noctem lance diemque pari.
 Nec magis auriferos pronus declinat ad Indos,
 Quam versus Scythicæ barbara tesqua plagæ.
 Hoc specimen, Pellote, tuæ mirabile in omnes
 Justitiæ nobis mystica signa ferunt.
 Non fortuna tuam flectunt, non munera libram:
 Ac te jus unum præside pondus habet.

AD ILLUSTRISSIMUM ECCLESIE PRINCIPEM,
 GABRIELEM DE ROQUETTE
 ÆDUORUM EPISCOPUM.
 SYMBOLUM.

Rupes ac stella scuto ejus gentilitio impressæ.

LEMMA.

Cum solido fulgor.

QUOD stellæ summo clypei sub vertice fulgent,
 Statque infra rupes pondere nixa suo: